



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 53. Christina Sueciæ Regina Sceptum ultro deponens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

„assertæ Constitutionis ejusdem Pauli V. Sæc. XVII.  
 „super definitione prædictæ quæstionis A. C. 1654.  
 „de Auxiliis, ac damnationis Senten-  
 „tiæ seu Sententiarum Ludovici Moli-  
 „næ Societatis Jesu: eadem Sanctitas  
 „sua præsentis hoc Decreto declarat, ac  
 „decernit, prædictis assertis Actis tam  
 „pro Sententia Fratrum Ordinis S. Do-  
 „minici, quam Ludovici Molinæ, alio-  
 „rumque Societatis Jesu Religiosorum,  
 „& autographo sive exemplari præ-  
 „dictæ assertæ Constitutionis Pauli V.  
 „nullam omnino esse fidem adhiben-  
 „dam, neque ab alterutra parte, seu  
 „a quocumque alio allegari posse, vel  
 „debere, sed super quæstione prædicta  
 „observanda esse Decreta Pauli V. &  
 „Urbani VIII. suorum Prædecessorum. „

Pariter Clerus Gallicanus Lutetiæ  
 in comitiis generalibus congregatus  
 censuram ferebat adversus libellum,  
 cui titulus: *Humillima supplicatio a Re-  
 ligiosis ad insignem quemdam Franciæ Præ-  
 sulem facta.*

§. LIII.

*Christina Sueciæ Regina Sceptrum  
 ultro deponens.*

Jam ante biennium Christina Sueciæ *Hartenb.*  
 Regina Gustaphi Adolphi Regis Fi- *Hist. Pragm.*  
 lia, postquam humanis disciplinis ani- *ann. 1652.*  
 mum



Sæc. XVII. mum excoluerat, dudum de sectæ suæ  
 A. C. 1654. veritate haud tenui scrupulo angebatur,  
 ut autem, quænam esset vera & Apo-  
 stolica Religio, intelligeret, privato  
 adhuc studio maturoque examine cum  
 cta omnium ferme religionum argu-  
 menta & dogmata discussit, ac depre-  
 hensa Lutherani fermenti corruptione  
 in Catholicam fidem singulari pietatis  
 sensu ferri cæperat: quominus vero  
 eam intra Sueciæ Regnum profiteretur,  
 adhuc absterrebat partim severa lex,  
 qua Suecorum nulli sine capitis poena  
 huic religioni nomen dare licuit, par-  
 tim etiam cruenta exempla Mariae  
 Stuartæ, & Caroli I. Angliæ Regum,  
 aliorumque Principum, quos ob muta-  
 tam sectam, vel nudam ejurandæ hæ-  
 resis suspicionem sectaria crudelitas,  
 scepro, diademate, ipsaque vita exuit.  
 Statuit ergo prudentissima Regina sce-  
 ptrum & diadema Suecicum ultro de-  
 ponere, vitamque privatam agere, ut  
 eo liberius Lutheranum virus evomere,  
 omnique sinceritate vera Christi dog-  
 mata palam profiteri valeret.

Præprimis igitur Carolo Gustavo  
 Palatino Comiti, ac Duci Bipontino,  
 sibi admodum familiari rursus conceptæ  
 abdicationis suæ propositum exponit,  
 jubetque, ut apud præcipuos Regni  
 Proceres hoc negotium Orebi urgeret,  
 eoquod



eoquod ipsa eorum postulationibus ab-  
 unde satisfecisset, jamque ante bien-  
 nium Regiminis abdicationem firmam,  
 fixamque habens, nonnisi ad importu-  
 nas eorum preces & suasiones Regni  
 molem hucusque sustinuisset, ultra  
 eam ferendo impar: Cum ergo res  
 tam serio ageretur, Upsaliæ publica  
 Regni comitia ad diem decimam septi-  
 mam Junii anni prioris haberi præcepit,  
 in quibus Regni Ordines unacum Ca-  
 rolo Gustavo jam ante biennium in  
 Regni hæredem a Statibus confirmato  
 comparerent. His ergo una congrega-  
 tis, Regina scriptam a se cessionem præ-  
 legit, Successorem hortata, ut dum  
 ipsa viveret, eam tueretur in possessio-  
 ne Urbis & arcis Nicopingæ, Insularum  
 item Oelandiæ, Gothlandiæ Wollin & Use-  
 dom, urbisque Wolgastanæ, necnon alio-  
 rum Pomeraniæ locorum, quorum an-  
 nui reditus ad ducenta & quadraginta  
 quatuor Imperialium millia ascenderent.  
 In has condiciones cum a Regni Senatu  
 itum esset, eadem die Regina Sueco-  
 rum Proceres & subditos a juramento  
 fidelitatis exsolvit, & Upsaliam die de-  
 cima tertia Maji profecta, ibidem hoc  
 anno die decima sexta Junii facinore  
 plane heroico in omne ævum memo-  
 rando sese Regno longe amplissimo ab-  
 dicavit, & regia insignia omneque  
 Sue-

Sæc. XVII.  
 A. C. 1654.



Sæc. XVII. Suecici Regni jus in Carolum transtulit, eundem, atque exterorum Principum Legatos magno numero in Aula congregatos his verbis allocuta: *Pro te Nepotum charissime, proque Regno Suecicæ Deum optimum precor, ut hic die omnibus salutaris & faustus illuxerit: pro sui ego hæc regni ornamenta, ut quæ in flatu suo in animo Christi spiritus loquitur exequi, negotiumque susceptæ peregrinationis transigere possim. Tu interim ea, quæ cessi me tibi transferente, ita accipe, ut nostri beneficii memor Regnum feliciter administras, nosque absentes etiam diligas.*

Perorantem Reginam excepit Carolus Gustavus, habitoque ad Proceres sermone a Lenæo Upsalensi Plebano-Archiepiscopo, ritu, quem Lutherani Prædicantes rejectis Romanæ Ecclesiæ cæremoniis adinvenere, unctus coronatusque est. Altero die Christiana Holmiam reversa, neque ultra triduum ibi commorata, noctu Nicopingam a viduam Reginam Mariam Eleonoram perrexit, demum Halmstadium Holmianæ urbem profecta, inde in Holmiam contendit, ubi unico die apud Fridericum Holsatiæ Ducem Gottorpiensi subsistens, sponsalia procuravit inter Carolum Gustavum Regem, & Hedwigem Eleonoram præfati Friderici Holmianam, quæ etiam regio apparatu Holmianam



miam deducta, unacum sponso suo Upsalia-  
 liam venit, ubi præfatus Lenæus am-  
 bos connubiali vinculo constrinxit: Sæc. XVII.  
A. C. 1654.  
 Christina vero Regina conciliatis hisce  
 nuptiis Hamburgum iter profecuta, in-  
 de per Flandriam Bruxellas unacum  
 Antonio Pimentelo Philippi IV. Hispa-  
 niarum Regis Legato ad Leopoldum  
 Guilielmum Austriæ Archiducem ve-  
 nit, a quo etiam prout recipientis re-  
 ceptæque dignitas deposcebat, magni-  
 fice suscepta est.

§. LIV.

*Eadem Regina fidem orthodoxam  
 professa.*

Sublatis omnibus obstaculis Regina *Guald. in  
 hoc anno Bruxellis fidem Catholi-  
 cam secreto, atque Oenipontum se-  
 quenti anno profecta ibidem præsentibus  
 Ferdinand, Carolo, & Sigismun-  
 do Francisco Austriæ Archiducibus die  
 tertia Novembris publice profitebatur:  
 quoniam vero Lutherani Scriptorum,  
 ut suam confusionem, doloremque le-  
 nirent, hujus conversionis integritatem  
 imputatis infamiæ notis commaculare,  
 pro more non erubescunt, ac præfatæ  
 Regiæ abdicationem reditumque ad  
 fidem Catholicam Suecorum Procerum  
 malevolentia ac invidia ex dissolutis*  
*Christ.*

*Guald. in  
 vita Christ.  
 Forest Hist.  
 Suec. tom. 4.  
 La Hode  
 Hist. de  
 Louis XIV.  
 t. 2. p. 298.  
 Narrat. de  
 Christ. apud  
 Tulden.*

*Hist. Eccles. Tom. LXII. L*